

eris lineas juvat; Venerem stimulat; corpus nutrit.

A nonnullis Satyrium Erythronium *Dioscoridis* creditur, sed erronee, *Parkinsoni* iudicio, qui Tulipam pro ea habet.

SECTIO VIGESIMA QUARTA.

Herbæ Bulbosæ affines.

Herbæ Bulbosæ affines dividi possunt vel à

- Numero petalorum in flore, in
 - Enneapetalas, folio gladii figuram referente, cum acie cauli obversa: *Iris*.
 - Hexapetalas, radicibus tuberosis aut crassis,
 - Maximas, foliis crassis, succulentis, ad margines aculeatis; radice succum crassum, flavum, insigniter amarum fundente: *Aloe*.
 - Minores, flore minore stellato; semine triquetro: *Asphodelus*.
 - Pentapetalas, florum petalis reflexis ad ungues junctis, radice orbiculatâ: *Cyclamen*.
 - Tetrapetalas, radice tuberosâ: *Curcuma*.
 - Monopetalas, flore sedis fructus coherente; radice tuberosâ, pistillo pro stylo in medio flore nudo, sapore acri; foliis
 - Laciniatis, caule pelli serpentini in modum maculato: *Dracontium*.
 - Integris major: *Arum*.
- Figurâ floris galeatâ aut labiatâ, quæ vel sunt
 - Aphyllæ, nullis neque à radice, neque in caulibus foliis virentibus; radicibus squamosis: *Hypocistis*.
 - Foliose, radicibus
 - Tuberosis, gemino tubere adhærente: *Orchis*.
 - Fibrosis, foliis planis virentibus, perpetuis: *Pyrola*.

I. De Iride.

Notæ sunt, Flores enneapetali; folia gladii figuram referentia, acie cauli obversa, R. Synop. p. 168.

A. 1. *Iris vulgaris nostras, hortensis, Offic. Iris vulgaris, Ger. 46. Emac. 50. Raii Hist. ii. 1280. Iris purpurea sive vulgaris, Park. Parad. 181. Iris vulgaris Germanica sive sylvestris, C. B. Pin. 30. Tourn. Inst. 358. Elem. Bot. 291. Rupp. Flor. Jen. 25. Buxb. 168. Iris vulgaris violacea sive purpurea sylvestris, J. B. ii. 709. Chab. 240. Common Flower-de-luce.* In hortis translata cultura speciosior redditur. Maio floret. *Ufu.* Radix recens. *Vires.* Siccat; valde hydragoga est, ac errhina. *Ufus præcip.* in hydropticorum aqua educenda. *Extrinsicus* in impetiginibus, aliisque corporis maculis detergendis.

A. 2. *Iris Florentina, Iris Illyrica, Offic. Iris Florentina, Ger. 47. Emac. 52. Iris alba Florentina, C. B. Pin. 31. Park. Parad. 180. Tourn. Inst. 358. Boerb. Ind. A. ii. 124. Hist. Oxon. ii. 351. Iris flore albo, J. B. ii. 719. Chab. 241. Raii Hist. ii. 1180. Florentine Iris.* In hortis colitur. Maio floret. *Ufu.* Radix oblonga, digitum crassa, paululum compressa, odoris fragrantis. *Vires.* Incidit, attenuat, expectorat, digerit, abstergit, emollit. *Ufus præcip.* in mucilagine seu tartaro pulmonum, tussi, asthma, obstructione mensium, torminibus ventris infantum. *Extrinsicus* abstergit cutis maculas & lentigines, oris fetorem emendat, *Schrod.*

A. 3. *Acorus adulterinus, Pseudoacorus, Gladiolus luteus, Offic. Acorus adulterinus, C. B. Pin. 34. Acorus palustris, sive Pseudoiris, & Iris lutea palustris, Park. Theat. 1219. Acorus nostras palustris, Mer. Bot. i. 16. Phyt. Brit. 2. Iris lutea palustris, Ger. 46. Emac. 50. Raii Hist. ii. 1186. Synop. iii. 374. Rupp. Flor. Jen. 26. Tourn. Inst. 360. Elem. Bot. 192. Iris palustris lutea, sive Acorus adulterinus, J. B. ii. 732. Chab. 244. Dill. Cat. Giff. 79. Buxb. 168. Ballard Acorus.* In palustribus. Maio floret. *Ufu.* Radix. *Vires.* Exsiccat, parum calescit, attenuat, attingit, roborat, resolvit; vi peculiari ad nervosi generis & cerebri affectus commendatur, ut ad dysenteriam, aliosque fluxus alvi ac uteri sistendos, *Schrod.*

A. 4. *Iris*

A. 4. *Iris foetida*, *Spatula foetida*, *Xyris*, *Offic.* *Spatula foetida*, plerisque *Xyris*, *J. B.* ii. 731. *Chab.* 244. *Xyris*, *Ger.* 53. *Emac.* 60. *Raii Hist.* ii. 1190. *Xyris* five *Spatula foetida*, *Park. Theat.* 256. *Merc. Bot.* i. 77. *Phyt. Brit.* 132. *Xyris* vel *Iris agria foetida*, *Hist. Oxon.* 11. *Gladolus foetidus*, *C. B. Pin.* 30. *Iris sylvestris*, quam *Xyrim* vocant, *Raii Synop.* iii. 375. *Iris foetidissima* seu *Xyris*, *Tourn. Inst.* 360. *Xyris*, *Mer. Pin.* 126. **Drinking Gladdon.** Ad sepes & in dumetis, sed rarius. Junio floret. *Ufu.* Radix. *Vires.* Exsiccat. *Ufus* precip. in Scrophulis, passione *Hysterica*, *Orthopnoea* & *Hypochondriacis* affectibus.

A. 5. *Chamaeiris*, *Offic.* *Chamaeiris tenuifolia*, *Ger.* 52. *Emac.* 56. *Chamaeiris Tabernamontani*, *Hist. Oxon.* 11. *Chamaeiris angustifolia major* & minor, *Park. Parad.* 187. *Iris humilis*, seu *Chamaeiris angustifolia graminea*, *Herm. Cat. Hort. Lugd. Bat.* 341. *Iris angustifolia prunum* redolens, major & minor, *C. B. Pin.* 33. *Tourn. Inst.* 361. *Iris graminea*, cui quotannis pereunt folia, *J. B.* ii. 727. *Raii Hist.* ii. 1189. *Iris graminea* cui quotannis pereunt folia, flore variegato, *Chab.* 243. **Grass-leaved Flower-de-luce.** In hortis colitur. Maio floret. *Ufu.* Herba. *Vires.* Cum primo viribus convenire dicitur.

II. De Asphodelo.

Notæ sunt, Radices multis tuberibus ex uno capite dependentibus constantes, flores stellati, semina triquetra, *R. H.* p. 1191.

A. 1. *Asphodelus verus albus*, *Offic.* *Asphodelus ramosus*, *Ger.* 86. (figura est transposita) *Emac.* 93. *Asphodelus albus ramosus mas*, *C. B. Pin.* 28. *Tourn. Inst.* 343. *Elem. Bot.* 286. *Boerb. Ind. A.* ii. 110. *Asphodelus major albus ramosus*, *Park. Parad.* 146. *Asphodelus major ramosus* flore albo, *J. B.* ii. 625. *Chab.* 221. *Raii Hist.* ii. 1191. *Asphodelus albus ramosus*, *Hist. Oxon.* ii. 330. **White Asphodel.** In hortis botanicorum colitur. Julio floret. *Ufu.* Radix. *Vires.* Urinam & Menses ciet, *Diosc.*

A. 2. *Asphodelus verus luteus*, *hastula regia*, *Offic.* *Asphodelus luteus*, *Ger.* 87. *Emac.* 94. *J. B.* ii. 632. *Chab.* 221. *Raii Hist.* ii. 1192. *Asphodelus luteus*, & flore, & radice, *C. B. Pin.* 28. *Rupp. Flor. Jen.* 124. *Tourn. Inst.* 344. *Boerb. Ind. A.* ii. 110. *Asphodelus luteus minor* five

Hastula regia, *Park. Parad.* 147. *Asphodelus* folio fistuloso, striato, non ramosus, luteus, & flore, & radice, *Hist. Oxon.* ii. 331. **Kings Spear.** In hortis. Julio floret. *Ufu.* Radix. *Vires.* Eisdem viribus cum priore pollet.

III. De Liliastro.

Cujus notæ, Flos exactè Liliaceus; fructus oblongus, ab apice in tres partes dehiscens, & in tria loculamenta, seminibus angulosis repleta divisus; radices parvis Napis similes, aliquot adnatis, *R. Meth. A.* p. 118.

A. *Phalangium*, *Offic.* *Antiquorum*, *Ger. Emac.* 48. *Phalangium magno flore*, *C. B. Pin.* 29. *Phalangium flore Lili*, *J. B.* ii. 636. *Chab.* 222. *Raii Hist.* ii. 1192. *Phalangium Allobrogicum*, *Park. Parad.* 150. *Phalangium Allobrogicum magno flore Lili*, *Hist. Oxon.* ii. 333. *Asphodelus Allobrogicus magno flore Lili*, *Herm. Cat. Hort. Lugd. Bat.* 65. *Boerb. Ind. A.* ii. 110. *Lilialtrum Alpinum minus*, *Tourn. Inst.* 369. *Elem. Bot.* 297. **Spider-wort.** In hortis apud nos colitur. Junio floret. *Ufu.* Folia, Flos, Semen. *Vires.* Cum vino pota auxiliantur contra Scorpionum Phalangiorumque ictus; Tormina quoque discutiunt, *Diosc.*

IV. De Aloe.

Floribus hexapetalis, vasculis seminalibus in terna loculamenta divisus, foliis crassis, succulentis, ad margines aculeatis, à reliquis differt.

A. 1. *Aloe*, *Offic.* *J. B.* iii. 696. *Chab.* 541. *Aloe*, *C. B. Pin.* 286. *Raii Hist.* ii. 1195. *Hist. Oxon.* ii. 414. *Tourn. Inst.* 366. *Elem. Bot.* 294. *Boerb. Ind. A.* ii. 128. *Hort. Beaum.* 6. *Herm. Hort. Lugd. Bat.* 16. *Aloe Dioscoridis*, *Colum. Ecph.* i. 40. *Aloe Dioscoridis* & aliorum, *Sloan. Cat. Jam.* 15. *Hist.* i. 245. *Aloe vera vulgaris*, *Munt. Alcod.* 17. *Aloe vulgaris* five *Sempervivum marinum*, *Ger. Emac.* 507. *Park. Theat.* 149. *Caraguata Brasiliensis*, *Mareg.* 57. *Caraguata tertia*, *Pison. Ed.* 1658. 193. *Kadanaku* vel *Catevala*, *Hort. Mal.* xi. 7. *Tab.* 3. **Common Aloes.** Utriusque Indiae incolæ est. *Ufu.* Folia. Succus inspissatus *Aloe Barbadenfis*, *Offic.* vocatur, aliquando niger lucidus, aliquando hepatis ferè colore, odore gravi, sapore amaricantissimo. Ex Insula Barbados in Cucurbitis magnis adfertur. *Vires.* Folia ad ambusta commen-

commendantur. Succus inspissatus cum Aloe Succotrina viribus convenit.

A. 2. Aloe Guineensis Caballina vulgari similis, sed tota maculata, *Commel. Præhud. Bot.* 40. *Boyle Aloes.* *Ufu.* Succus inspissatus, quibus pars impurius, arenosa, fordibus conspurcata, & idcirco nigricans Aloe Caballina dicitur. Pars purior, colorem hepatis referens, Aloe Hepatica vocatur.

Caballinam hanc vocat prædictus Auctor, quia fractis foliis Succus Aloen Caballinam redolet.

A. 3. Aloe Succotrina, *Offic.* Aloe Succotrina angustifolia spinosa, flore purpureo, *Breyn. Prod.* ii. 12. *Hort. Amst.* i. 91. *Commel. Præhud. Bot.* 40. Aloe Indiæ Orientalis serrata, sive Succotrina vera, floribus phœniceis, *Hort. Beaum.* 5. Aloe Americana serrata, floribus coccineis, *Parad. Bat. Prod.* 306. An Aloe Americana Anonæ foliis, floribus suaverubentibus, ex codice Bentiniano, *P. P. Tab.* 240. *Fig.* 4? *Succotrine Aloes.* In Insula Succotora in India Orientali reperitur. *Ufu.* Succus inspissatus ex nigro splendentis colore, sed quando teritur croceus; odoris non ingrati: cujus colligendi modum hodiernum D. Rai communicavit D. Josua Palmer M. D. è dictatis D. P. Hermannii his verbis:

Ex foliis à radice avulsis manu vel instrumento leviter compressis succus destillat in vas recipiens. Subsistere debent partes crassæ per noctem, aliæ vero supernatant. Postero die in aliud vas infundunt & insolant, ut concresecat & exsiccentur, in quo tempore fulvum acquirit colorem.

Ex Insula Succotora in coriis bestiarum ad nos transportatur: & à Caballina puritate sola differre à quibusdam creditur. *Vires.* Vim præter purgantem obtinet & exsiccantem, calefacientemque, Obstructiones aperit, Meatus referat, pruritum Hæmorrhoides & Menfes, roborat Ventriculum, enecat & expellit Lumbricos, purgat autem biliosos & pituitosos humores. Vide plura in *Alcedariis Mindeveri*, & *Muntingii*.

De variis Aloes speciebus & plantis, è quibus omnes effluunt aut eliciuntur, liceat mihi hoc in loco dubia mea aperire. Cum *Pharmacologiam* meam conscriberem, quanta esset differentia, odoris respectu, inter Succotrinam, Caballinam, & Barbadesem Aloen, observans, suspicionem mihi injectit, non ex puritate tantum inter se differre, ut vulgo opinantur; quamvis quod ab eodem loco adveherentur, priores duas præcipue puritate tantum differre, ut dixi, cuivis facile persuadere posset; ingens tamen differentia, quam, odoris respectu, inter Barbadesem & Succotrinam intercedere animad-

verti, suspicionem mihi movit, Barbadesem ab eadem cum Succotrina planta non elici, ideoque de ea in specie quæsi, an ab eadem planta esset, necne? Unde ab eruditissimo & ingeniosissimo Viro D. Hans Sloane, M. D. ex propria observatione, cum in Insula illa esset, certior factus sum, Barbadesem Aloen Aloes vulgaris C. B. succum esse, non Aloes Americanæ Dod. ut antea suspicabar. Ab aliis etiam admonitus Succotrinam Aloen ejusdem originis esse, ut videre possis in *Historia Plantarum D. Raii* (ex dictatis D. Hermannii) p. 1196. unde eas hoc modo disposui in *Pharmacologia*.

At neque solus sum in hac suspitione, cum ingeniosissimus Botanicus D. Commelinus in *Preludiis suis Botanicis*, p. 46. conciliare non potest differentiam odoris inter Aloen Caballinam & Succotrinam, quæ tanta est, ut frequentibus lotionibus aliisve modis Caballina à vehementi ingrato suo odore liberari nequeat, cum identitate speciei. Unde rectè affirmat, ex diversis Aloes speciebus succo amaro præditis, elici posse succum vulgari similem, & earundem virium: cujus verba hic transcribo: *Etiam si variæ Aloes species existunt, quæ succum fundunt amarum, harum tamen unica est, quæ Aloes vulgaris à C. Bauhino, Dioscoridis à Fabio Colomna, Arabica Succotrina Officinarum à Morifono vocatur, & ab omnibus Botanicis veram Aloem fundens planta existimatur, cujus succus concretus in Officinis Pharmaceuticis Græco Latinoque Aloes nomine innotescit. Hic succus triplex est, vel Aloe Succotrina (quæ & Lucida dicitur) Hepatica, vel Caballina vocatur, quæ sola duntaxat puritate impuritateve, ut plurimum est opinio, differunt; omnium purissima est Succotrina, quod nec ego inficior, sed aliquam tamen dubitandi ansam geminæ aliæ Aloes species statim indigitatæ exhibent, ut Aloe Succotrina angustifolia spinosa flore purpureo Breynii, & Aloe Guineensis Caballina vulgari similis, sed tota maculata; dum prioris succus recens saporis odorique Aloes Succotrinæ, aliterius autem Aloes Caballinæ respondet; adde denique Aloem Caballinam Officinarum à sapore illo ingrato, quem spirat, nullo artificio aut lotionem liberari posse, quod factum, meo judicio, non esset difficile, si sola impuritate à Succotrina differret: nullus tamen etiam dubito, quin ex variis Aloes speciebus succum amarum continentibus, succus Aloes vulgaris succo similis, & quoad vires respondens, colligi possit.*

Cumque verisimile sit, Succotrinam Aloen à D. Breynii planta profluere; Caballinam & Hepaticam à Commeliniana, & Barbadesem à Vulgari Aloe, ut antea dixi; omnes de novo inferui.

V. De Yucca.

AB aliis differt, foliis quodammodo gramineis, acutis, & pungentibus, floribus deorsum nutantibus plurimis in eodem Caule; pediculis longis, R. Meth. A. p. 193.

A. Yucca, Offic. Yucca five Yucca Peruviana, Ger. Emac. 1543. Raii Hist. ii. 1201. Yucca foliis Aloes, C. B. Pin. 91. Hist. Oxon. ii. 419. Boerb. Ind. A. ii. 132. Yucca five Jucca, Park. Parad. 434. **Indian Bread.** In America sponte oritur, apud nos autem in hortis. *Ufu.* Radix. *Vires.* De usu ejus in Medicina nihil invenio.

VI. De Cannacoro.

CUI flores oblongi, in spicam congesti, & sex vel septem petalis linguiformibus, & trifoliato quasi Calice constructi, insidentes pericarpio trigono echinato, in tres Cellulas semina rotunda continentes distincto; folia lata, radix tuberosa, nodosa, R. Meth. A. p. 117.

A. Sagittaria alexipharmaca, Offic. Canna Indica radice alba alexipharmaca, Cat. Jamaic. 122. Sloan. Hist. i. 253. Tab. 149. f. 2. Raii Hist. iii. 573. Canna Indica angustifolia pediculis longis ad imum folium, nodo singulari geniculato, Pluk. Almag. 79. Arundo Indica angustifolia, flore rutilo, pediculis donata, Hist. Oxon. iii. 250. Agutiguepo-obi Brasiliensibus, Marcg. 53. Raii Hist. ii. 1203. Acutiguepo-obi, Pison. 224. Radix quaedam in Malaca, quæ adversus vulnera Sagittis toxico illitis facta, præsentaneum remedium est, Garzias, C. B. Pin. 301. Radix Malaca quædam toxicis Sagittis resistens, J. B. ii. 173. **Arrow Root, Dart-wort.** In hortis Jamaicae feritur. *Ufu.* Radix superius rotunda, subrufa, inferius fibrata. *Vires.* Alexipharmaca est insignis; adversus vulnera toxicis Sagittis facta laudatur.

VII. De Curcuma.

Radix Zingiberis facie, velut ex condensato succo croceo pressus compacta folia Cannæ Indicæ: flores in surculo peculiari Cannæ Indicæ triplo minores, tetrapetali spicati in foliorum in superiori surculi medietate squamatis incumbentium sinibus exeuntes, vascula parva membranacea tricapsularia, semina rotunda, fusca, Cannæ Indicæ minora, R. Meth. A. 122.

A. Curcuma, Offic. J. Comm. Hort. Amstel. 107. Park. Theat. 1584. Ger. Emac. 32. C. B. Theat. 679. Curcuma Officinarum, Hort. Amst. Cat. 107. Curcuma radice longa, Herm. Hort. Lugd. Bat. 208. C. Comm. Flor. Mal. 99. Curcuma foliis longioribus & angustioribus, Breyn. Prod. ii. 40. Curcuma five Terra merita Officinarum radice crocea, J. B. ii. 746. Curcuma five Officinarum Terra merita, Chab. 245. Cyperi genus ex India, C. B. Pin. 37. Crocus Indicus, Arabibus Curcum, Officinis nostris radix Curcuma dicta, Bon. 116. Cannacorus radice crocea five Curcuma Officinarum, Tourn. Inst. 367. Boerb. Ind. A. ii. 127. Manjella Kua, H. M. P. xi. 21. Kaha, Herm. Mus. Zeyl. 30. **Turmeric.** Ex India Orientali ad nos adfertur. *Ufu.* Radix oblonga, parva, tuberosa, nodosa, intus crocei coloris, saporis subacris, subamaricantis, odoris non ingrati. Duæ sunt species, longa & rotunda, quarum prior est Officinalis. *Vires.* Abstergit, attenuat, aperit, discutit, Menfes movet, difficultatem pariendi aufert, obstructions viscerum aperit, Urinam ciet, Calculum expellit. In Ictero, Hydrops, Cachexia, &c. specificum est.

VIII. De Costo.

NOtæ sunt, Flores proferunt in surculi foliosi vertice in capitulo pyriformi, e multis gemmulis conflato, e quibus exeunt flores trifarium divisi, tetrapetali, ephemeris, candidi, campaniformes, in vertice aliquantulum aperti, fructui insidentes, qui trigonus est, & in tria loculamenta partitus semina triangularia continens, R. Meth. A. 123.

A. Costus, Offic. Comm. Flor. Mal. 90. Costus Arabicus Dioscoridis, C. B. Pin. 36, 37. Iridem redolens ejusdem, amarus Officinarum, seu Helenium, & Comagenium Dioscoridis ejusdem, dulcis Officinarum, Centaurio magno cognatus ejusdem, Raii Hist. ii. 1347, 1348. Costus Helenii facie Officinarum, J. B. ii. 749. Chab. 246. Costus dulcis Officinarum, Ejusd. Indicus odoratus, Ger. Emac. 1620. Indicus Clusii, Park. Theat. 1582. Costus Indicus Violæ Martis odore, Herm. Mus. Zeyl. 58. Thiana Cua, Hort. Mal. xi. 15. Tab. 8. **Sweet and bitter Costus.** Ex India Orientali ad nos transportatur. *Ufu.* Radix oblonga, crassa, buxi coloris, cortice crasso, pallido, saporis acris amaricantis, aromatici, odoris fragrantis ad Iridem Florentinam accedentis. Eligatur recens, densus, odoratus, subamarus, non cariosus; ille qui jam in Officinis ex usu est, omnes optimi

optimi notas, quas *Dioscorides* ascribit, habens. *Vires*. Stomachicus, Hepaticus, Uterinus, ac Nephriticus est; attenuat, aperit, discutit. Hinc convenit in Colica, obstructis mensibus & Urina, Hydrope, Paralyfi, *Schrod.*

Tres sunt species Costi in Officinis quibusdam, viz. Arabicus, Amaricus, & Dulcis; hinc *Casparus Bauhinus* & alii Botanici in quatuor aut plures species eum dividunt; recte enim *Bontius* unam eandemque monet esse radicem, solum loco, ætate, aut corruptione differentem; *Garcias ab Horto* quoque, *Acosta* & *Clusius* unum duntaxat Costi genus esse credunt, recentem incorruptumque dulcem esse & candidum, ubi autem corrumpi incipit, vetustate amaritudinem contrahere, fierique nigricantem: quibus & nos consentimus, descriptio enim *Tsiana Kua* in Horti Malabarici Tom. xi. (quæ secundum clarissimi illius viri D. *Joannis Commelini* in Commentario suo sententiam, Costus verus seu Arabicus est) cum Costo dulci Officinis nostris dicto per omnia convenit.

IX. De Zinzibere.

Flores monopetali, difformes, quadripartiti, è cochleato-cavis surculi floriferi foliis exeuntes in ipsius vertice. Semina tenui albâ interstinctâ membranulâ inclusa inordinata serie, minutissimis fibrillis stilo annexa reniformia, R. Meth. A. 122.

A. Zingiber, Offic. Zingiber, Zinziber, C. Com. Plant. Usu. 92. Zinziber, Ger. 54. Emac. 61. Marçg. 17. J. Comm. Hort. Amstel. 371. Osgilb. Obin. i. 214. Zingiber, C. B. Pin. 35. Theat. 651. Raii Hist. ii. 1314. Sloan. Cat. 60. Hist. i. 163. J. B. ii. 743. Chab. 146. Zingiber Orientale, Park. Theat. 1613. Zinziber Indigenis Gingibil foemina, Pison. Mant. Arom. 187. Zinziber angustiore folio foemina utriusque Indiae alumna, Pluk. Almag. 317. Iris latifolia, tuberosa, Zingiber dicta, flore albo, Hist. Oxon. ii. 350. Mangaratia, Pison. 227. Chilli Indiae Orientalis seu Zingiber foemina, Hern. 169. Inschi, Com. Flor. Mal. 148. Zingiber, Ejsd. 283. Inschi vel Inschi-kua, H. M. P. xi. 23. Ginger. Advehitur copiosum ex Calecut Indiae emporio. Usu. Radix tuberosa, nodosa, ramosa, paululum compressa, pallida, saporis acris, aromatici & fervidi, odoris fragrantissimi. Vires. Calfacit potenter, sed non primo statim occurso, adeoque partium est crassiorum, aperit, incidit, attenuat. Confert Ventriculo, Thoraci, aliisque visceribus; appetitum

prostratum excitat, putredini ac malignitati humorum resistit. Vide *Hoffmannum* in *Schroderum*.

X. De Zedoaria.

A. 1. **Z**edoaria longa, Offic. C. B. Pin. 31. Park. Theat. 1612. Raii Hist. ii. 1340. Zedoaria, Comm. Plant. Usu 39. Ger. Emac. 1623. Gedwar aut Geidvar, Ejsd. Zedoaria Zeylanica Camphoram redolens, Herm. Cat. Hort. Lugd. Bat. 636. Par. Bat. Prod. 386. Boerb. Ind. A. ii. 123. Zedoaria longa seu Zedoaria Officinarum, Comm. Cat. Hort. Amstel. 371. Harankaha, Herm. Mus. Zeylan. 50. Zedoary. Ex India Orientali ad nos transfertur. Usu. Radix, quæ tuberosa est, nodosa, paululum compressa, foris cinerea, saporis acris, amaricantis, aromatici, odoris fragrantis. Vires. Calfacit & siccat, incidit, flatum discutit, Alexipharmaca est. Usus præcip. in doloribus Colicis atque Ventriculi: animalium venenatorum moribus opitulatur, Lienteriam sistit, Vomitiones reprimit, Menses ciet, Alvi tineas quascunque enecat, *Schrod.*

A. 2. Zedoaria rotunda, Offic. C. B. Pin. 31. Park. Theat. 1612. Comm. Flor. Mal. 283. Hort. Amstel. 371. Raii Hist. ii. 1340. Malankua, Hort. Mal. xi. 17. Tab. 9. Colchicum Zeylanicum flore Violæ odore & colore Ephemero, Herm. Par. Bat. Prod. 324. Round Zedoary. Cum priore crescit, sed in Officinis nostris raro invenitur.

N. B. Zedoaria longa & rotunda non aliter inter se differre nobis videntur, quam quod ejusdem radicis partes sint diversæ.

A. 3. Zerumbet, Offic. Garz. Zinziber latifolium sylvestre, Herm. Cat. Hort. Lugd. Bat. 636. Prod. Par. Bat. 386. Comm. Hort. Amstel. 371. 1. Kua, Hort. Mal. xi. 13. Tab. vii. Walinghuru, Herm. Mus. Zeylan. 51. Zerumbeth. In regno Malabar sponte oritur, sed in Officinis nostris non invenitur, præcedens enim cum eo confunditur. Vires. Cum Zedoaria longa viribus convenit. An hoc Aroma sit Zerumbeth Arabum, an vero ab illo diversum, difficile nobis est determinare. Quippe non tantum in his, sed & innumeris aliis describendis tam breves & incerti reperiuntur Arabes, & quod maximum, inter se adeo dissentientes, ut non sine ratione dubitetur, an Arabibus accurata dictorum simplicium fuerit notitia.

A. 4. Cassumuniar, Offic. aliàs Rysagon, Peach. Obs. Casmunar, Marl. Risagon, Mus. Reg. Soc. Zedoaria

Zedoaria radice lutea, *Breyn. Prod.* ii. 105. An Zerumbeth, seu Zingiber rubrum, sylvestre, Ternatense, *Camel. Syllab.* ? **Casumunar.** Ex India Orientali ad nos transportatur. *Ufu.* Radix, quæ tuberosa est, ad pollicem aut amplius crassa, in taleolas transversas secta, superficie circulis (ut in Galanga) quasi geniculis notata, fusca, intus flavescens, saporis amaricantis, aromatici, odoris fragrantis. *Vires.* Moderatè calfacit & astringit: Partium est tenuium: Nervos roborat, Spiritus animales & vitales reficit, ventriculum confortat, flatum expellit. In Apoplexia, motibus convulsivis, Paralyfi, Tremore, Hysterica passione, Hypochondriacis affectibus, Vertigine, & intestinorum Torminibus curandis medicamentum est præstantissimum. *D. Peachy, M. D.* pro Corticis Peruviani correctorio eam commendat. In Lapso memorie multum laudatur à Domino *Joan. Allen, M. D.* in Synopsi sua Medicinæ, *Art.* 420. Qui de viribus ejus plura scire desiderant, *D. Peachy & D. Marlow* Observationes consulant.

XI. De Galanga.

A. 1. **Galanga major, Offic.** *Ger. Emac.* 33. *C. B. Pin.* 35. *Chab.* 245. *J. B.* ii. 734. *Park. Theat.* 1585. *Raii Hist.* ii. 1338. *J. Comm. Hort. Amstel.* 136. *C. Comm. Plant. Ufu.* 91. An Wanhom, *Kemph. Amæn. Erot.* 901 ? Acorus, *Pharm.* **Great Galangal.** In Java & Malabar sponte oritur, unde ad nos adfertur. *Ufu.* Radix, quæ tuberosa est, ad pollicem aut amplius crassa, nodosa, & inæqualis superficie, circulis quasi geniculis notata, fusca, intus pallescens, saporis acris, amaricantis aromatici, odoris fragrantis. *Vires.* Stomachica est, Cephalica, ac Uterina; incidit, aperit. Usus in eruditate ac inflammatione Ventriculi, Vertigine, aliisque totius corporis affectibus à frigiditate ac flatulentia oriundis, *Schrod.*

A. 2. Galanga minor, *Offic.* *Ger. Emac.* 33. *Raii Hist.* ii. 1338. *Park. Theat.* 1585. *J. B.* ii. 735. *Chab.* 245. *C. B. Pin.* 35. **Common Galangal.** In China sponte oritur. *Ufu.* Radix, quæ tuberosa est, nodosa, & inæqualis superficie, circulis quasi geniculis notata, minimi digiti crassitie, coloris rufescentis, saporis & odoris fragrantis, jucundiorisque quam in præcedente. *Vires.* Eisdem viribus pollet, sed hæc priori præfertur. Simili omnino fructificatione gaudent Bengala Indorum, Cardamomum majus & minus, Costus Arabicus, utraque Galanga, Zedoaria, Zerumbeth Garziæ,

Zingiber, & proinde unà sub eodem genere summo merentur reponi; donantur sale oleoso volatili, partibus blandis viscosis immerso. Vide pleniorum horum omnium Historiam in *Herm. Hort. Lugd. Bat. & Hort. Mal.* Tom. xi.

XII. De Cardamomo.

HUic etiam florum eisque succedentium fructuum racemus in surculo peculiari è radice exeunte. Flores autem tetrapetali, tribus petalis æqualibus; quartum vero prioribus adversum paulè latius & angustius est, tenui stylo lingulaque donatum. Fructus, cum virides, uvarum forma & sapore sunt, in terna loculamenta partiti, sex seminum triangularium ordines continentes. In aliis speciebus fructus longiores sunt, *R. Meth. A.* 122.

A. 1. Cardamomum majus, *Offic.* *Bont.* 127. *Raii Hist.* ii. 1204. Cardamomum majus vulgare, *Ger. Emac.* 1542. *Park. Theat.* 1576. Cardamomum majus Officinatum, *C. B. Pin.* 413. *Jans. D. Ger.* 1358. Cardamomum cum siliquis longis, *J. B.* ii. 205. *Chab.* 148. Cardamomum medium, *Barr. Icon.* 571. *Obs.* 1595. *Matth. Valg.* 27. **Great Cardamoms.** Ex Java ad nos deferuntur, sed rarius in nostris Officinis inveniuntur; alii enim Grana Paradisi Officinis dicta seu Meleguetam, non sine errore, alii Amomum verum *Ger.* horum loco substituunt. In *Ufu.* Theca seu siliquæ tricocce, oblongæ, digitali aliquando longitudine, semine anguloso, fusco, aromatico repletæ. *Vires.* Calfacit & siccit, partes principes recreat, attenuat, flatum discutit, coctionem juvat, Urinas ciet, Menstrua movet, anhelitum commendat, obstructionibus Hepatis, Lienis, & Mesenterii conducit.

A. 2. Cardamomum minus, *Offic.* *Bont.* 126. *Ger.* 1358. *Raii Hist.* ii. 1204. *Barr. Icon.* 571. *Obs.* 1396. *Matth. Valg.* 27. *Boerb. Ind. A.* ii. 128. *C. Comm. Flo. Mal.* 71. *Boerh. in Theoph.* 1014. Cardamomum minus vulgare, *Ger. Emac.* 1547. *Park. Theat.* 1576. Cardamomum simpliciter in Officinis dictum, *C. B. Pin.* 414. Cardamomum cum siliquis seu thecis brevibus, *J. B.* ii. 205. *Elettari* 2. *Hort. Mal.* xi. 9. *Tab. vi.* Ensal, *Herm. Mus. Zeylan.* 66. **Common Cardamum.** Ex Malabar, aliisque locis in India Orientali ad nos adferuntur. In *Ufu* sunt, Siliquæ breves, triangulæ, colore pallidæ, intus semina parva, angulosa, fusca, aromatica continentes. *Vires.* Cum majore viribus convenit.

A. 3. Amo-

A. 3. Amomum, *Offic. Comm. Flor. Mal.* 14. *Plant Usu.* 88. *Barr. Icon.* 571. *Obs.* 1393. 27. Amomum verum, *Ger. Emac.* 1548. *Raii Hist.* ii. 1697. Amomum genuinum, *Park. Theat.* 1567. Amomum racemosum, *C. B. Pin.* 413. *Jons. D.* Amomum novum Cardamomi vulgaris facie, sive Indicus racemus, *J. B.* ii. 195. *Chab.* 127. *Elettari* 1. *Hort. Mal.* xi. 9. *Tab.* 5. **True Amomum.** Ex India Orientali ad nos adfertur. In *Usu* sunt Thecæ seu filiquæ rotundæ, tripartitæ, Semina angulosa, & rugosa, nigra, aromatica, claudentes. *Vires.* Ut externa facie, ita & viribus cum Cardamomis convenit. Pro Cardamomo majore Pharmacopolis nostris venditur.

N. B. Adeo breves sunt & imperfectæ apud veteres, præsertim Arabes, simplicium descriptiones, ut ad hodiernum usque diem, in tanta Botanica scientiæ luce, quid Amomum Antiquorum sit, non pateat, Herbariis peritioribus in varias sententias distractis. *Cordus* Rosam Hierichuntinam vulgò dictam *C. B.* pro Amomo habet. *Quatranus*, teste *Parkinsono*, Rhoem myrtifoliam Belgicam *C. B.* *Anguillarius* Piper racemosum caudatum ex Guinea *C. B.* *Gesnerus* Solanum fruticosum baciferum *C. B.* *Clusius* Amomum spurium foliosum *C. B.* Cui similem pro Amomo plantam ab *Ormuz* accepit *Valandus Dourez*: eadem fortasse fuerit quæ è Persia ad *Jacobum Golium* Linguarum Orientalium in Academia *Lugduno-Batava* Professore missa est, & sub titulo Amomi Arabum Breynii in *Ephem. German. An.* 3. *Obs.* 291. descripta. *Garcias ab Horto*, qui in India Orientali diu vixit, Pedis columbini speciem quandam illud esse supponit. Alii Amomum Botryn Ambrosioiden vulgarem *C. B.* esse volunt; Alii Sison, quod Amomum Officinis nostris *C. B.* Qui error eousque invaluit, ut Semen hujus plantæ à Pharmacopolis etiam *Londinensibus* pro Amomo divendatur, & quod pejus est, à Pharmacopœis pro Amomo vero nobili illi compositioni *Theriace Andromachi* inferatur. Alii insuper Piper oblongum nigrum *C. B.* Alii Cubebas vulgares *C. B.* Alii denique Caryophyllum aromaticum fructu rotundo ejusdem *C. B.* Amomum verum Antiquorum esse existimant, quorum sententiæ à *Maroneo* in erudito suo de *Amomo commentario* non immerito refutantur; in quo etiam solide demonstrat verum & legitimum Amomum esse à se descriptum, & à nobis hoc in loco propositum; quod nostro etiam judicio, si ipsissimum veterum Amomum non sit, ad illum tamen proxime accedit, & in omnibus compositionibus, in quibus

Amomum præscribitur, potissimum usurpandum est.

A. 4. Grana Paradisi, *Offic. Ger. Emac.* 1542. Grana Paradisi Officinarum, *C. B. Pin.* 413. Cardamomum majus, *Barr. Icon.* 571. *Obs.* 1394. *Matth. Valg.* 27. Cardamomum Arabum majus, *Ger.* 1358. Cardamomum, Granum Paradisi, Melleguetta, *Chab.* 128. Cardamomi genus maximum, Grana Paradisi sive Melleguetta, *J. B.* ii. 204. Melleguetta, *Jons. D.* Melleguetta sive Cardamomum maximum, & Grana Paradisi, *Park. Theat.* 1576. Melleguetta, Grana Paradisi Officinarum, *Raii Hist.* ii. 1205. **Gains of Paradise.** Ex Guinea ad nos transportantur. In *Usu* sunt Grana angulosa, extus spadicea, intus alba, sapore acri & servido inter Cardamomum & Piper. Sunt qui pro Cardamomo majore non sine errore substituunt. *Vires.* Virtutibus cum Pipere coincidunt. Vis specifica est in omnibus affectionibus Paralyticis.

XIII. De Arthanita.

Notæ sunt, Radix orbiculata, caules præter floris pediculum nulli, flos pentapetalos, petalis reflexis & ad ungues junctis, *R. Hist.* p. 1205.

A. 1. Arthanita Cyclamen, *Offic. Cyclamen Schrod.* lib. iv. p. 59. Cyclamen orbiculato folio, *Ger.* 694. *Emac.* 843. Cyclamen orbiculato folio inferne purpurascens, *C. B. Pin. Tourn. Inst.* 154. *Elem. Bot.* 158. *Boerb. Ind. A.* ii. 150. *Hist. Oxon.* iii. 552. Cyclamen vulgare folio rotundo, *Park. Parad.* 198. Cyclaminus folio rotundiore vulgatiore, *J. B.* ii. 551. *Raii Hist.* ii. 1205. Cyclamen, Panis Porcinus, *Chab.* 510. **Sowbread.** In hortis curiosorum. Septembri floret. *Usu.* Radix. *Vires.* Potenter incidit, aperit, abstergit, Errhinum est. Usus præcip. in obstructis Mensibus, in pellendo fœtu mortuo, &c. *Schrod.* Interne cauto opus habet.

A. 2. Cyclamen, Artanita, *Offic. Cyclamen hederæ folio, Ger.* 694. *Emac.* 843. *Raii Hist.* ii. 1206. *C. B.* 308. *Tourn. Inst.* 155. *Boerb. Ind. A.* ii. 151. *Hist. Oxon.* iii. 552. Cyclamen folio hederæ Autumnale, *Park. Parad.* 296. **Common Sowbread.** In hortis frequens. Septembri floret. *Usu.* Radix. *Vires.* Cum priore viribus pollet. Hæc est illa species, quæ in Officinis nostris invenitur.

XIV. De Satyrio.

Bulbo vino, fibrisque supra bulbos exeuntibus, & floribus labiatis à reliquis differt.

A. 1. Satyrium mas, *Offic.* Cynoforchis morio mas, *Ger.* 158. *Emac.* 208. Orchis morio mas, foliis maculatis, sive Cynoforchis morio mas, *Merc. Bot.* i. 54. *Phyt. Brit.* 83. Orchis sive Cynoforchis morio mas, *Mer. Pin.* 86. Orchis morio mas, foliis maculatis, *C. B. Pin.* 81. *Park. Theat.* 1346. *Raii Hist.* ii. 1214. *Synop.* iii. 376. *Tourn. Inst.* 432. *Elem. Bot.* 343. *Boerb. Ind.* A. ii. 152. *Hist. Oxon.* iii. 490. *Rupp. Flor. Jen.* 239. *Dill. Cat. Giff.* 52. Orchis major, tota purpurea, maculoso folio, *J. B.* ii. 973. *Chab.* 249. **Male Satyrion.** In pratis, & dumetis. Maio floret. *Ufu.* Radix. *Vires.* Calfacit, & humectat; saporis dulcis. *Ufus* præcip. ad virilem fortitudinem restaurandam: sic & uterum confortare creditur, & ad conceptionem disponere, *Schrod.*

A. 2. Satyrium foemina, *Offic.* Cynoforchis morio foemina, *Ger.* 158. *Emac.* 208. Orchis sive Cynoforchis morio foemina, *Merc. Bot.* i. 54. *Phyt. Brit.* 82. *Mer. Pin.* 86. Orchis morio foemina, *C. B. Pin.* 82. *Park. Theat.* 1347. *Synop.* iii. 377. *Tourn. Inst.* 433. *Elem. Bot.* 343. *Boerb. Ind.* A. ii. 152. *Hist. Oxon.* iii. 491. Orchis minor purpurea, & aliorum colorum cum alis virentibus, *J. B.* ii. 762. *Chab.* 249. *Dill. Cat. Giff.* 53. **Female Satyrion.** Cum priore, nec minus frequens, sed tardior floret. *Vires.* Eisdem viribus pollet. *N. B.* Genera Satyriorum seu Orchidum passim quam plurima nascuntur; quæ, etsi promiscue in usum accerfi queant, attamen eligunt *Officinæ* præ reliquis superiores.

Dux Satyrii species à *Dioscoride* memorantur, quarum priorem his verbis describit: "Satyrium aliqui Trifolium vocant, quoniam tria fert folia, ad terram infracta, Rumici, aut Lilio similia, minora tamen, ac rubra; caulem cubitalem, nudum; florum Lillii affigie, candidum; radicem bulbosam, mali magnitudine, fulvam, intus ut ovum candidam, gustanti dulcem, & ori non ingrati." Alteram in hunc modum: "Est & alterum Satyrium Erythronium, sive Erythraicon, i. e. rubrum, semine lini, majore, duro, lævi, splendente: quod fertur non secus atque scincus libidinem excitare. Cortice radice gracili, rufo, intus autem albo, includitur, sapore

"dulci, non ingrato ori." Ab ejus temporibus non levis controversia de hac stirpe inter eruditos Medicos, & Botanicos exorta est; alii uni, aliis alteri plantæ id nomen accommodantibus; verum plerique ex Orchidum familia eas esse volunt, cui opinioni *Officinæ* nostræ consentiunt; atque idcirco in priore meo libro radices hæc, quæ nunc pro Satyrio usurpantur, eodem nomine insignivi; quamvis eodem tempore non eram nescius nonnullos Auctores id nominis Orchidi palmatæ, alios Cynoforchidi attribuerent. Nunc ergo mutata sententiâ, quænam *Dioscoridis* Satyria sint, mihi optimè demonstratum videtur à *Parkinsono*, aliisque; qui pro Tulipis ea habuere, ut quæ superius recitatis descriptionibus omnium optimè conveniret.

A. 3. Satyrium vel Orchis, *Offic.* *Ind. Med.* cv. Orchis militaris major, *Tourn. Inst.* 432. Orchis strateumatica major, *J. B.* ii. 758. *Chab.* 247. Orchis strateumatica, *Ger.* 165. *Emac.* 215. *Raii Hist.* ii. 1215. Cynoforchis militaris major, *C. B. Pin.* 81. *Chomel.* 323. Cynoforchis militaris sive strateumatica major, *Parkinson.* *Theat.* 1345. **The French Satyrion.** In montosis. Junio floret. *Ufu.* Radix. *Vires* eadem cum superioribus.

A. 4. Satyrium, *Rivini. Irr. Hex. Rupp. Flor. Jen.* 241. Orchis hermaphroditica bifolia, *J. B.* ii. 772. *Raii Synop.* iii. 380. *Chab.* 253. *Raii Hist.* ii. 1221. Orchis hermaphroditica, *Ger.* 162. *Emac.* 211. *Phyt. Brit.* 83. *Mer. Pin.* 85. Orchis bifolia altera, *C. B. Pin.* 82. *Tourn. Inst.* 433. Orchis Serapias bifolia, trifolia minor, *Park. Theat.* 1350. **Butterfly or German Satyrion.** In sylvis. Maio floret. *Ufu.* Radix. *Vires.* Cum reliquis convenit.

A. 5. Cynoforchis, *Offic.* Cynoforchis major, *Ger.* 156. *Emac.* 205. Cynoforchis prior Dodonæi, *J. B.* ii. 758. *Raii Hist.* ii. 1213. Cynoforchis latifolia hiantæ cuculo altera, *C. B. Pin.* 81. Cynoforchis prior Dodonæi flore copioso, dilutè purpureo, *Chab.* 248. Orchis major latifolia altera, *Park. Theat.* 1343. Orchis latifolia hiantæ cuculo major altera, *Tourn. Inst.* 432. *Boerb. Ind.* A. ii. 152. **Dogstones.** In locis herbidis circa Basileam. *Ufu.* Radix. *Vires.* Cum præcedentibus viribus convenit.

A. 6. Serapias, *Offic.* Serapias sive Salep, *Marl. Obs.* Orchis foemina procerior, majore flore, *Tourn. Herbar. Par.* 508. ex sententiâ nuperi Amici celeberrimi D. *Guiljelmi Sherardi*, L. L. D. **Salep.** In

In Turcia reperitur. *Ufu.* Radix oblonga, alba, pellucida, paulum compressa, & nonnihil corrugata. Sapore gummi Tragacanthæ referens, odoris nullius. Ex Turcia ad nos importatur. *Vires.* Analepticum insigne habetur; sterilitati opitulatur; Venerem stimulat; abortivum impedit; partum faciliat; chocolatæ modo præparata est.

Radices Orchidis Turci & Persæ vocant *Salep*; & exinde parant potum cum melle & Zinzibere, *Salep* pariter dictum; quem calide bibunt, & insigne aphrodisiacum extollunt. Adhibetur imprimis radix Orchidis morionis fœminæ, *C. B. Pin.* 82. quæ, omnium copiosissima, & multo latior, quam in Regionibus Septentrionalibus occurrit. Nec diversa videtur species Orchidis fœminæ procerior, majore flore *Tournefortii* supra citata, *Buxb. Cent.* iii. 5.

A. 7. *Tragorchis*, *Offic.* *Tragorchis* maximus, *Ger.* 160. *Emac.* 210. *Tragorchis* maxima, *Park. Theat.* 1348. *Orchis* five *Tragorchis* maxima, *Mer. Pin.* 88. *Orchis* Saurodes, five *Tragorchis* maximus, *Merc. Bot.* ii. 57. *Phyt. Brit.* 84. *Orchis* barbata, odore hirci, brevior longiorque folio, *C. B. Pin.* 82. *Tourn. Inst.* 433. *Hist. Oxon.* iii. 401. *Rupp. Flor. Jen.* 239. *Orchis* barbata fœtida, *J. B.* ii. 756. *Raii Hist.* ii. 1212. *Synop.* iii. 376. *Buxb.* 242. *Orchis*, *Cynorchis*, *Satyrium*, *Chab.* 146. *Goats' stones.* Solo pinguissimo nascitur. Maio & Junio floret. *Ufu.* Radix. *Vires.* Cum *Satyrio* viribus convenit.

A. 8. *Triorchis*, *Offic.* *Ger.* 167. *Emac.* 218. *Triorchis* alba, odorata major & minor, *Parkinson. Theat.* 1354. *Triorchis* vel *Tetorchis* alba, odorata major, *C. B. Pin.* 84. *Orchis* alba, odorata minor, *ejusd.* *Orchis* spiralis alba, odorata, *J. B.* ii. 769. *Chab.* 252. *Raii Hist.* ii. 1217. *Synop.* iii. 378. *Tourn. Inst.* 433. *Rupp. Flor. Jen.* 240. *Buxb.* 242. *Orchis* spiralis, *Riv. Irr. Hex.* *Dill. Cat. Giff.* 172. *Orchis* seu *Tecticulus* odoratus, *Mer. Pin.* 88. *Orchis* spiralis autumnalis, *Merc. Bot.* i. 55. *Phyt. Brit.* 85. *Triple Ladies' Traces.* In pascuis fœcioribus. Autumno floret. *Ufu.* Radix. *Vires.* Cum prioribus viribus convenit.

A. 9. *Orchis* palmata, *Offic.* *Orchis* palmata pratenfis, latifolia, longis calcaribus, *C. B. Pin.* 85. *Tourn. Inst.* 434. *Elem. Bot.* 344. *Boerb. Ind.* A. ii. 152. *Hist. Oxon.* iii. 498. *Raii Synop.* iii. 380. *Orchis* palmata major mas, five *Palma Christi* mas, *Park. Theat.* 1356. *Orchis* palmata pratenfis major, five *Palma Christi* mas *Gerar-*

di, Merc. Bot. i. 55. *Phyt. Brit.* 84. *Orchis*, five *Palma Christi* mas, *Mer. Pin.* 87. *Orchis* palmata non maculata, *Raii Hist.* ii. 1223. *Palma Christi* mas, *Ger.* 169. *Emac.* 220. *Orchis* palmata non maculata, *J. B.* ii. 774. *Satyrium* *Regium* palmata, *Chab.* 254. *Pale Satyrion* *Royal.* In pratis humidis & palustribus. Maio floret. *Ufu.* Radix. *Vires.* Cum reliquis convenire videtur.

XV. De Helleborine.

Cujus notæ, Folia nervosa; radices fibrosæ; flores hexapetali Orchidis similes, calcari carentes, Raii Method. A. p. 121.

A. *Helleborine*, *Offic.* *Ger.* 358. *Emac.* 442. *Mer. Pin.* 60. *Rupp. Flor. Jen.* 237. *Riv. Irr. Hex.* *Helleborine* latifolia montana, *C. B. Pin.* 186. *Raii Hist.* ii. 1230. *Synop.* iii. 383. *Hist. Oxon.* iii. 486. *Boerb. Ind. A.* ii. 153. *Tourn. Inst.* 436. *Elem. Bot.* 344. *Merc. Bot.* i. 42. *Phyt. Brit.* 57. *Dill. Cat. Giff.* 131. *Elleborine* flore viridante, *Park. Theat.* 218. *Elleborine* *Dodonæi*, *J. B.* iii. 516. *Chab.* 502. *Ward Helleboze.* In sylvis cæduis, lucis & opacis. Maio floret. *Ufu.* Herba. *Vires.* Cum *Helleboro* albo à quibusdam viribus convenire creditur; sed in *Officinis* nostris raro aut nunquam reperitur.

XVI. De Bifolio.

Cujus notæ, Radices fibrosæ; folia nervosa, & fere Plantaginea, bina in caule opposita; flores Orchidis, calcari carentes, Raii Method. A. pag. 121.

A. *Bifolium*, *Offic.* *Bifolium* sylvestre vulgare, *Park. Theat.* 504. *Bifolium* majus vulgare, *Hist. Oxon.* iii. 489. *Bifolium* majus, seu *Ophris* major quibusdam, *J. B.* iii. 533. *Raii Hist.* ii. 1232. *Synop.* iii. 385. *Bifolium* vulgare sylvestre, five *Ophris*, *Mer. Pin.* 15. *Ophris*, *Chab.* 506. *Merc. Bot.* i. 54. *Phyt. Brit.* 82. *Ophris* bifolia *C. B. Pin.* 87. *Tourn. Inst.* 437. *Elem. Bot.* 346. *Boerb. Ind. A.* ii. 153. *Ger.* 326. *Emac.* 403. *Buxb.* 239. *Dill. Cat. Giff.* 75. *Ophrys* five *Ophris*, *Rupp. Flor. Jen.* 238. *Orchis* bifolia herbaceo flore major, *Herm. Cat. Hort. Lugd. Bat.* 461. *Tway-blade.* In sylvis, & dumetis. Maio & Junio floret. *Ufu.* Herba. *Vires.* Astringit,

stringit, & glutinat; præcipue ad hernias, & vulnera conglutinanda commendatur.

XVII. De Aro, & Dracontio.

NOtæ sunt, Pistillus in medio flore pro stylo nudus; flos monopetalos, sed fructui imo cohærens; pro fructu baccæ multæ palpa humidâ semina ambiente, constantes; radix acerrimo sapore prædita, R. Synop. p. 169.

A. 1. Dracontium, Offic. Dracontium majus, Ger. 682. Emac. 831. R. Hist. ii. 1211. Dracunculus major vulgaris, J. B. ii. 789. Dracunculus polyphyllus, C. B. Pin. 195. Tourn. Inst. 160. Elem. Bot. 130. Boerh. Ind. A. ii. 75. Dracunculus hortensis, sive Serpentaria, Park. Parad. 529. Arum polyphyllon, Rivin. Irr. Hex. Rupp. Flor. Jen. 203. Arum polyphyllum, Dracunculus & Serpentaria dictum, caule maculato, majus & elatius, Herm. Cat. Hort. Lugd. Bat. 62. Arum polyphyllum, sive Dracunculus polyphyllus, Hist. Oxon. iii. 548. Serpentaria, Dracunculus, Chab. 259. Erva de Sancta Maria, sive Dracunculus major, Pison. 240. **Dragons.** In hortis nutritur. Ufu. Radix, herba. Vires. Alexipharmaca, ac sudorifica est. Ufus præcip. in peste, febribus malignis, & ictibus serpentinis, & aliis venenatis.

A. 2. Dracunculus major, Offic. Dracunculus Bistorti folio, C. B. Pin. 194. Dracunculus major Matthioli, Ger. 683. Emac. 832. Arum caulescens Rumicis agrestis foliis sibi invicem implicatis Virginianum, Pluk. Phytog. Tab. 271. Fig. 1. Almag. 50. Arum major caulescens Lapathi foliis, Hist. Oxon. iii. 545. **Great Dragons.** In Virginia sponte oritur. Ufu. Radix. Vires. Calfacit, & siccatur; prodest contra orthopnceas, rupta, convulsa, tussim, & destillationes, Diosc.

A. 2. Arum, Offic. J. B. ii. 783. Chab. 258. Raii Hist. ii. 1208. Synop. iii. 266. Dill. Cat. Giff. 56. Arum vulgare, Ger. Emac. 834. Merc. Bot. 21. Phyt. Brit. 11. Arum vulgare maculatum & non maculatum, Park. Theat. 372. Arum vulgare maculatum & sine maculis, Mer. Pin. 11. Arum maculatum, maculis candidis vel nigris, & non maculatum, C. B. Pin. 195. Tourn. Inst. 158. Elem. Bot. 130. Hist. Oxon. iii. 542. Rupp. Flor. Jen. 203. Boerh. Ind. A. ii. 74. Buxb. 26. **Cuckow-pint.** Ad sepes, & in umbrosis, Ufu. Radix. Vires. Calfacit, & siccatur;

Tartarum, præcipue primæ regionis, tum quoque pectoris, & pulmonum peculiariter incidit, resolvit, discutit. Proin usus ejus creber est in cachexia, asthma, &c. hernias curat; urinam ciet; obstructions viscerum resolvit, Schrod. Aq. destillata ex foliis recens specificum est in Mania & Melancholia.

XVIII. De Arisaro.

AB Aro differt floris formâ, qui tubus est ima parte clausus, summa apertus, & in caputii modum incurvatus, Raii Meth. A. p. 75.

A. Arisarum, Offic. Arisarum angustifolium Dioscoridis fortè, C. B. Pin. 196. Boerh. Ind. A. ii. 73. Hist. Oxon. iii. 545. Arisarum angustifolium, Ger. 686. Emac. 835. J. B. ii. 787. Chab. 258. Raii Hist. ii. 1211. Arisarum longifolium, Park. Theat. 375. Arum humile angustifolium pistillo longissimo, tenui, inflexo, mucronato, Herm. Cat. Hort. Lugd. Bat. 60. Arum Scorzoneræ folio, Elem. Bot. 130. Tourn. Inst. 160. **Friars Coul.** In Italia ac Dalmatia reperitur. Ufu. Radix. Vires Illitu nomas sistit, Diosc. Calfacit, siccatur, incidit, aperit, abstergit, digerit, Galen.

SECTIO VIGESIMA QUINTA.

De Herbis Graminifoliis non Culmiferis, flore stamineo.

NOtæ sunt, Folia graminea; flores imperfecti, seu staminei; caules vel sarçti vel enodes, Raii Method.

Hærbæ graminifoliz non culmiferæ, flore stamineo, sunt vel foliis

Teretibus, medullâ sarçtis: *Juncus.*
Tenuioribus cum aliqua latitudine, ut superficies folii interna ab externa differat,

Graminis